

futurum poterit Interesse cautelam hoc presens scriptum puplicum exinde factum est per manus nostri notarii supradicti *etc.* Quod scripsi ego predictus Landulfus de blasio eiusdem Civitatis notarius puplicus qui predictis rogatus interfui ipsumque meo signo consueto signavi. Ubi autem superius legitur Episcopus Servus, omnibus bonis, sententias si quas abrasa emendata et scripta sunt per me notarium superius dictum (*Segno*).

† Ego Manfridus Gambittella miles q. s. Iudes (*sic*) Neapolis subscripsi.

† Ego frater Franciscus de Neapoli subscripsi.

† Ego, frater. Iohannes. proculus de Neapoli. subscripsi.

† Ego frater petrus de pedimonte lector Santi Petri Martiris, subscripsi.

N. 26.

A. D. 1309

(25 novembre; Indiz. VII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,29, larg. m. 0,17 e mezzo.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Nicolia uxor Gualterii de Trano, Barolitana civis</i> , essendo inferma dona <i>pro anima</i> alla chiesa di S. Chiara le sue vigne <i>in cluso argenzani</i> . Sceglie <i>epicropi Carducius, Berardus et dompnus Sanctorus</i> .
<i>Osservazioni</i>	In questo e nel documento seguente il notaio Spina è caduto in un anacronismo di date e di anni di governo del Re Carlo, il quale era già morto il 5 maggio 1309, nel 25° anno del suo regno.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Jehsu Christi Millesimo Trecentesimo Nono. Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo quarto, Mense Novembris vicesimo quinto die eiusdem septime indicationis apud Barolum. Ego Nicolia Mulier uxor Gualterii de Trano Barolitana civis infirma iacens recte tamen et memorialiter loqui valens coram Iohanne de Cantore Regali Baroli Iudice Magistro Spina puplico eiusdem terre Notario et testibus subnotatis liciteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocatis et rogatis a predicto iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continencia consensu quoque Carducii de Iohanne Russo consanguinei mei electi mihi mundualdi quoad presentem contractum et mihi a predicto iudice confirmati pro eo quod Petrus frater et legitimus mundualdus meus absens erat et ad hoc mihi non poterat consentire Rerum mearum disposicionem feci In qua ultima disposicione inprimis institui mihi heredem Angelam et Franculam filias meas in omnibus bonis meis mobilibus et stabilibus preterquam in legatis subscriptis. Et Inter cetera presentis ultime mee disposicionis volui et mandavi quod si una dictarum filiarum mearum decederet sine filiis ex suo corpore legitime discententibus succedat ei altera filia mea soror sua que superstes erit. Et si contingit utramque decedere sine filiis ex earum corpore legitime descententibus. vinee mee due et ordines viginti sistentes in cluso argenzani de pertinentiis Baroli iuxta vineas Nicolai de gactis iuxta vineas Rogerii de Cifaro iuxta vineas Magistri Bruni et